22 Fondo Rurale

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

C. 37-1-19

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA


BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

20-5-22

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

20-5-22



FRANCISCI CANOPHYLI

Sangrenſis Minoritani œconomia conciona lis, ſuper Euãgelijs quadrageſimæ.

FVIT EXAMINATVM

et approbatũ hoc opus per Reue. D. Ludouicum Beccatellũ Epiſcopum Rauel. Venetijs Apoſtolicæ Sedis legatũ, & ex conſenſu. R. P. Com. generalis, ac excellentiſ. Dominij Veneti.

Cum priuilegio ad decennium.

M. D. L I.

BIBLIOTECA COMUNALE DI FERMO

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

ILLVSTRISSIMO, AC REVERENDISSIMO DOMINO, DOMINO RODVLPHO PIO S. S. R. Eccleſię, Presbytero Cardinali Carpenſi totius ordinis Sācti Franciſci Protectori digniſsimo, Frācisſcus Canophylus, Sangrenſis Minoritanus, paratiſsima in Chriſto offert obſequia.



VINT. Fabium eum, qui mira quadam virtute, ac ſplendore cognomēto maximus appellatus eſt, Reuerendiſsime domine, ferunt ſolitū dicere. In rebus maximis, maximo, ac præſtanti ingenio opus eſſe, Periclemq; Athenienſem illum celeberrimum, in cuius labiis perſuadendi ſediſſe deam ſcripſit Eupolis, quicq; non loqui, aut orare, ſed fulgurare, ac fulmina ciere videbatur, quoties ſuggeſtum fuiſſet aſcenſurum, diis immortalibus, ſemper vota feciſſe literarum monumentis proditum eſt, quorſum, hęc? vereor ne quis me vel inſolentię, vel temeritatis, arguendum putet, quod nulla aut eruditione, aut ſufficiēti ſcribendi arte inſtructus, (vt in his nulli naturaliter datur) laborioſam in tanto prędaro opere, ſcribendi prouinciam ſuſceperim. Arduum ſane opus, Myſtica ſacrarum literarum oracula promere, arcq; arcana Euāgelij ſenſa enarrare, quod merito negocium. his tantū iniungendum eſſe videtur, qui non modo in ſacris li-

bris euoluendis,multum olei consumpsere, sed quorum insuper pectora,diuino spiritu afflata creduntur. Huc accedit quod apud disertissimos viros qui & in genij acumine pollent,& bonarum omnium disciplinarum oppido q̄ studiosi sunt, hoc scribendi munus obeundum est,quare iure mihi metuendum video,ne ridiculus appaream, vt qui veluti graculus inter luscinias,maleq; vocalis anser,argutos inter olores obstrepere nō erubescam.Cæterum cum primores fidei Christianę viros,piscandi magis q̄ eloquendi,& scribendi gnaros,vtpote qui nulla rhetorū præcepta hauserant,nullos dialecticorum elencos,nullaq; sophistarum enthimemata norant,nec Liciani, vel Academię limina viderant,suis apud omnes gentes concionibus & scripturis,olim intonuisse,ac prępotentes tyrannos, Phylosophosq; eminentissimos Christi iugo subdidisse memoria repeto, inscientiā nostrā haud q̄q̄ despicatam apud vos fore cōfido, Si nec Rhetoricis floscu lis,nec picturata dictione luxuriantem. Sed rudi incōditaq; oratione,me pro rostris exarantem audieritis, quandoquidem simplex ex nulla arte fucatus sermo, audientiam sibi apud alios facile conciliare solet, qui non verborum phaleras,affectatumq; leporē,sed pondus,vtilitatemq; requirunt, idq; eo magis persuasum habeo q̄ non eloquii honestate,atque nitore, sed dei optimi maximi imprimis fretus pręsidio, quē & mutis linguam disertam,& brutis facūdiam tribuere possit liquet, hoc opus incepi,cæleste mentibus christi fidelium pabulum ministraturum. Quod dum edere statuissem (relatis regi optimo maximo gratiis) tuæ